

7842.

patrona et maliterno hereditas

1757, 9

36

FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA ET PERANTIQUA UNIVERSITATE
ERFORDIENSI

DECANVS,

CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, PRÆFATÆ FACVLTA-
TIS ASSESSOR SENIOR, CODICIS PROFESSOR PVBLICVS
ORDINARIVS, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL
PRIMARIVS ET SYNDICVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Hac consultissimâ. 21. C. Testament.

ET
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
DE

PERMISSO OB INSIDIAS VITÆ
STRVCTAS DIVORTIO

A
NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO
CHRISTIANO LVDOVICO GERSTENBERGK,

RONNEBVRGENSI,
IN DVCAT. ALTENE. ADV. IMMATR.
AD DIEM XXIII. AVGVSTI M DCC LI,
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI
HABENDAS,

LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

IN ANNO DOMINI MDCCLXXII

COMITIBUS WILHELMIVS

STEFANVS

PRINCEPS ET ELECTOR PALATINVS
RHEODANO-PALATINVS
ET ARCHIEPISCOPVS ELECTOR
SALZBURGENSIS

AUDIENTIAE LEGATIONIS ELECTORALIS

LEGATIONIS ELECTORALIS

LEGATIONIS ELECTORALIS
LEGATIONIS ELECTORALIS

CHRISTIANO WILHELMO CAROLO

IN DUCATU SACCIAE
AD SILESIAM WILHELMO CAROLO

IN AVSTRIA ELECTORVM HUNGARIE

LECTORVM BENEVOLOVM

THE JOH. CHRISTOPH. BERLINCK. 1772



Quodsi ullus per Universitatem acquirendi modus invidiosas pariat lites, certe ille est, quo deferuntur hereditates, sive fiat lege ita disponente, sive hominis dispositione. Si enim moriatur Paterfamilias, relicta uxore & liberis ejusdem tori, illa plerumque viridi amore erga sponsum ducta fati venturi immemor illata tempore initii matrimonii non cautè designat, quibus opus est, non aestimari & legitimè non testificari curat, sed cum bonis mariti totaliter confundi permittit, ita, ut separatio bonorum paternorum à maternis difficilis, imò ferè impossibilis efficiatur. Hi paterna & stante matrimonio acquisita anxie urgent, Præcepti divini non rarè obliiti Matrem, cui fuerunt in gestione onerosi, in partu dolorosi & in educatione laboriosi, impia lite divexant, Matris conscientiam specificationibus juratis, exactaque illatorum probatione ipsam onerare non erubescunt. Finita demùm sumtuosa lite, factaque expensarum computatione, quid lucri restat ex hereditate sperata? mala bestia, Processus devoravit eam, nì totam, saltem majorem partem. Eodem modo sæpius liberi cum Patre ratione maternorum perniciosè rixantur. At quænam hisce in casibus Judicis sunt partes? Suadenda, remotis Advocatis, amicabile compositio, quæ si, adductis pro & contra rationibus & motivis, respuat, ex designationibus & maternorum & paternorum utrinque productis adhuc difficillimæ probationis examinet hæc & illa, quæ si ita inter se commixta inveniat, ut separari nequeant, ipse aestimet, quantam bonorum commixtorum partem quisque probabiliter habuerit, & adjudicet, sed si hoc planè incertum sit, omnia æqualiter dividat, dimidiam matri, alteram liberis attribuat. L. 3. §. 2. ff. de R. V. LEYSER. *medit. ad Pand. Specim. 318. med. 6.* Hæcque potestas judici ad sopiendas æternas & inextricabiles lites omnino est relinquenda; Etsi enim matri probatio illatorum injungeretur, eamque perageret, attamen ea tot difficulta-

ficulcatibus, tot dubiis esset involuta, ut, si iudex libello strictè inharere & de singulis, quæ petuntur, sententiam ferre vellet, post infinitas interlocutiones vix finem reperiturus sit. Hisce peractis, cum Matres non rarò vindictivæ tantum, quantum petière, non accipiant, odium indignum erga liberos, qui illi putativè contrarii fuerunt, concipere, quosdam vero secum consonantes vel etiam ex quadam imaginaria causâ præamare, hos donationibus, aliisque emolumentis & subsidiis maternis viva, vel mortis causâ ditari, illos tristi mente eandem matrem filialiter venerantes prægravari, spem ipsorum reddere inanem, atque sic luctuosam inæqualitatem inter liberos inducere solent. Quo facto nova inter liberos accendantur odia, sæpissimè per sæculum duratura; Hinc non inconsultum erit, si iudex prudens, circumstantiis hisce obvenientibus, Matrem forte exacerbata ad evitandas ultteriores discordias inter liberos excitandas per modum consilii ea, qua licet, arte persuadeat, ut quoad substantiam relinquendæ hæreditatis, quamvis non adeo scrupulosè in dandis ex usufructu esculentis & potulentis, in vim pacti (quod, quin moribus Germaniæ firmum sit, nemo amplius fere est, qui dubitat) ad æqualitatem inter liberos servandam æquali amore sese obliget. Obex hocce per pactum aliqua saltem ex parte ponitur mellitis, sed malitiosis blanditiis singularem amorem, reverentiam, vigilantiam in re domestica, & officia, non veritate, sed simulatione declarantibus, quibus Parentes potissimum senio affectos ex tali ficto simulatoque amore permulcent, & ad donationes, & prælegata blandientibus relinquenda indirectè inducunt, hæreditati inhiant, eamque cum damno cohæredum quasi suffrantur. Quid inde? matre tali fucato amore decepta è vivis erepta, novæ in animis cohæredum oriuntur similitates, si in diversas abeant partes, sis ex lite sufflatur eousque duratura, donec hæreditas in nihilum redacta. Hi sunt fructus blanditiarum, ex quibus, licet quædam, ne fora continuis oppleantur litibus, tacitè sint permixta, in conscientia tamen ejusmodi hæredipeta vix tutus, imò furti speciem committit, cum mellis suo sermone hæreditatem vel partem illius, quæ aliis jure debetur, quasi extorquet, adeoque cum alterius damno locupletatur.



tatur. Idem ferè dicendum de donis a Parentibus in unum vel alterum ex liberis collatis; Data occasione hilari, affectionem erga rem habendam produnt, concomitante sereno vultu, suavisonis verbis sub præfucata allegatione officiorum præstitorum & præstandorum sese explicant, & ita Parentes ad donandum inducunt, gibbosâ manuum osculatione, multisque aliis gestulationibus gratias agunt, has res licet ratione pretii notabiles simpliciter donatas, existente hæreditate, collationi non subjacere ex *L. 20. §. 1. C. de collat. § L. 18. C. famil. Ercisc.* cum *LAVTERBACH. lib. 37. tit. 6. rb. 17.* & aliis ibi citatis mordicus defendere allaborant; sed inani conatu: *L. 13. C. de collat. § Nov. 18. c. 6.* earum collationem, eamque ob æqualitatis favorem clarissimè imperant, illa disponit, quod soror Patri communi succedens donationem à Patre factam præcipuam habere contra jura postulet; Hæc non solum dotem, sed & res alio modo datas conferendas esse jubet. Aliter sentientes his legibus vim inferunt, uti nervose cum resolutione textuum apparenter obstantium demonstrat *STRYK. tr. de S. A. J. diss. 11. C. 4. §. 13.* *LEYSER. medit. ad par. d. Specim. 410. med. 1.* *BÖHMER. Consultat. & decis. tom. 2. p. 1. Resp. 664. n. 10.* *SCHILTER. Exercit. 41. §. 17.* & passim alii. Hæc de liberis rem cum matre naturali habentibus. Quid de Noverca? huic, ne cum privignis inextricabilibus se implicare velit processibus, suadendum est, ut ante vel statim post contractas Nuptias omnia inferenda accuratè consignet, quæ usque consumuntur, æstimari curet, postmodum marito actualiter testatò tradat; Viduus è contra, constituto liberis impuberibus vel minorennibus Tutore vel Curatore, prædefunctæ uxoris bona cujuscunque generis, in specie Pecuniam lastricam accuratè conscribat; Tutor vel Curator cum liberis primi matrimonii & cognatis, qui rei notitiam habent, specificationem diligenter examinet, monenda moneat, Judici, ad quem cognitio causarum tutelarium spectat, (uti hi Erfordiæ per Constitutionem Electoralem ante copulationem sacerdotalem fieri oportet) offerat, qui monita, non quidem secundum apices juris, sed ex æquo & bono, prævia causæ cognitione, decidat, & si adit suspicio, quædam a Viduo esse ommissa, vel liberi majorenes vel Tutor id exigat, specificationem juramento

mento confirmet. Tali modo ratione maternorum & Novercæ illatorum, Patre & respectivè Marito defuncto, evitantur rixæ. Quoad bona Mariti prospiciat sibi Noverca partibus dotalibus, ex quibus tamen plus, quàm unus vel una ex liberis prioris matrimonii secundum *L. 6. C. de secund. Nupt.* quæ hisce in locis est in viridi observantia, lucrari haud potest. Partibus his deficientibus, si beatificetur liberis, lex nostra Provincialis attribuit ei portionem virilem, si matrimonium sterile, obtinet dispositio juris civilis, adeoque si habeat, unde vivat, nihil ex bonis mariti acquirit, nisi secundum observantiam occasione decreti Illustris Reginis Electoralis de anno 1706. hisce in locis introductam, lectum conjugalem, quæ tamen observantia pro re nata, si Noverca lectos intulerit, & præcipiat, nulli verò vel pauci pro liberis prioris matrimonii in hereditate reperiantur, non semper, aequitate ita suadente, attendi solet. Jus cerevisiarium cum jure torrendi sive hordei macerandi à marito acquisitum, experientia teste, hic Erfordiæ devolvitur etiam in Novercam, si tamen maritus illud uni ex filiis primi matrimonii in vivis assignaverit, Novercam jus contradicendi habere, nullibi reperitur. De dispositione hominis immensa folia jam sunt conscripta, disponit autem judicialiter tutius, quàm extrajudicialiter, illo modo adhibetur jure communi iudex cum Actuario jurato, quamvis testamentum judiciale ex sola iudicis registratura, si nulla suspitione laboret, sustineatur. LYNCKER. *Vol. 1. Resp. 13. n. 12. seqq.* LEYSER. *medit. ad pand. Specim. 71. med. 5.* BERGER. *æcon. jur. lib. 2. tit. 4. th. 2. not. 5.* & licet Testator hoc testamentum à iudice conditum apud se receperit, & non in loco iudicii reliquerit, valet enim propter iudicis autoritatem, coram quo conditum est. LAVTERBACH. *Vol. III. disp. de test. judic. 133. th. 28. n. 12.* Testamenta verò coram Scultetis pagorum & Scabinis condita ob defectum jurisdictionis his in locis sunt. LAVTERBACH. *cit. Disp. th. 18.* si quis vero extrajudicialiter testetur, ob periculosas & difficiles scrupulositates innumerabiles occasio ejusmodi testamenta solemnia subvertendi se offert, de quibus in lectione cursoria ad *L. 21. C. testament.* publice ex cathedra fusius differet

NOBI.

NOBILIS ET CLARISSIMVS
DOMINVS
CHRISTIANVS LVDOVICVS
GERSTENBERGK,

qui in lucem editus est Ronneburgi die XIV. Februarii Anno MDCCXXIV. Patre JOANNE CHRISTIANO GERSTENBERG in hac alma Univerſitate noſtra Anno MDCCXXI. in juris utriusque Licentiatum meritiſſimè Promoto, per longum tempus Juris practico Ronneburgi, judice poſtmodum Provinciali Gerano, & Jcto conſummatiffimo; Matre verò CLARA CHRISTINA nata Henningia. Hi Parentes in tenera ſtatim ætate filiolum curæ vigilantiffimorum Præceptorum tradiderunt, qui intra privatos parietes, animum tum in principiis fidei & religionis, tum in ſtudiis elegantioribus, quæ ad humanitatem ſpectant, inſtruxerunt, inter quos præcipue diligentiam ZEVMERI, nunc Rectoris ſcholæ, quæ floret Ronneburgi, laudat. Deinde à prælaudato Patre, in Gymnaſio illuſtri, Gerano, curæ meritiſſimi SCHWALBII, cui certe multa ſe debere aſſerit, & HAVPTMANNI & GOLDNERI fuit traditus. Patre autem dilectiffimo è vivis erepto, tandem Eiſenbergæ per duos, & quod excurrit, annos duce Gſchwendio tales fecit profectus, ut anno vitæ vigefimo, ſtudiis academicis Jenenſibus ſeſe applicuerit. Per breve vero temporis ſpatium, iſta in alma Univerſitate vixit, ſed ſuadentibus circumſtantijs eam derelinquere fuit coactus, & inclytam Acaſdemiam Lipſienſem ſibi elegit. Ibidem in numerum Civium academicorum relatus, Rectore tunc temporis Magnifico Dn. HEINRICO AVGVSTO MULLERO J. U. D. & Prof. publ. Ordinario. Ibidem ante omnia philoſophica ſtudia ſub ductu Magnifici MULLERI ſupra memorati pertractavit, ac lectiones BELLII philoſophicas aſſidue frequentavit. Non minus ad ipſam maximâ cum ſedulitate ſeſe applicavit jurisprudeatiam, prælectiones tam publicas, quam privatas, & præcipue RECHENBERGII, MENKEMII, ROTHERI, SIGELII ac ZOLLERI, in omnibus jurisprudentiæ partibus ea, qua decet, diligentiam audivit; & in diſputatorijs

riis tam philosophicis, quam juridicis, se exercuit. Anno MDCCXLVI. sub Præsidio M. JO. AVGVSTINI KOESELII, de momentorum successione in ipsa aeternitate, publice habita, in eruditorum consessu, disputavit, ac multa poeseos teutonice specimina in lucem edidit, & per hanc non paucos se invenisse patronos adducit. Quadriennio igitur in hacce Musarum setie, peracto, ad Patriam reversus duos annos repetitionibus collegiorum suorum laudabiliter consumpsit. Deinde speciminibus consuetis, editis, Anno MDCCCL. d. 19. M. Decembr. a perillustri Regimine Altenburgensi in numerum Advocatorum receptus, & in praxi, quam vocant, juridica exercenda, Ronneburgi, ubi sedem fortunæ suæ se reperisse, & altiores progressus facere, Deo auxiliante, secum constituisse opinatur. Nunc ad honores Academicos asperans nos accessit, petitque eum in finem ab Ordine nostro admitti ad examen Candidatorum juris rigorosum, petitioni ejus honestæ lubenter annuimus. Transmissimus ipsi præprimis textus ex utrôque jure elaborandos, quos solide elaboravit, & in subsecuto ipso examine se talem præstitit, ut unanimi consensu, qui, ut ad reliqua specimina & ad ipsum gradum Doctoralem admittatur, dignus fuerit judicatus. Proinde crastina die XXIII. Aug. hõris consuetis lectionem cursoriam ad d. L. 21. C. de testament. eâque finita, disputationem inauguralem habebit. Ad quos actus solennes Magnificus Dn. Universitatis Rector, reliquique Proceres ac Cives Academici ea, qua par est, observantia invitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Jurid. die XXII. Aug. MDCCCLI.



Erfurt, Diss., 1748-51

X 238 7035

ULB Halle

3


006 771 165



VD 78







2.

patrona et materna suercoitus

1751, 9
36

FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA ET PERANTIOVA VNIVERSITATE
ERFORDIENSI

DECANVS,
CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, PRÆFATÆ FACULTA-
TIS ASSESSOR SENIOR, CODICIS PROFESSOR PVBLICVS
ORDINARIVS, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVL
PRIMARIVS ET SYNDICVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Hac consultissimā. 21. C. Testament.

ET
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
DE

PERMISSO OB INSIDIAS VITÆ
STRVCTAS DIVORTIO

A
NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO
CHRISTIANO LVDOVICO GERSTENBERGK,
RONNEBVRGENSI,

IN DVCAT. ALTENB. ADV. IMMATR.
AD DIEM XXIII. AVGVSTI M DCC LI.
IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI
HABENDAS,

LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

